

seculo quasi absumus à Domino 2. Corinth. 5, 6. & sumus peregrini Dei Psalm. 39, 13. & 119, 19. olim autem erimus cives, siquidem πολιτῶν ἡμῶν ἐν οὐρανοῖς. Ἰωάννης. Philip. 3, 20. hac de causa, quando Deus jam declarat aliquo effecto, se nobis adesse, nos visitare dicitur, quemadmodum amicus amicum, quicum non habitat, solet visitare, se propiorens ipsi ostendere, ac suae praesentiae fructum aliquem indulgere, postea verò iterum ad suos abire. Interea verò si cupiamus à Deo propitio visitari, oportet nos esse non inter hircos, sed oves & gregem ejus, qui ingrediantur portas ejus Psalm. 100, 4. vocemque ejus audiant ac pastorem suum sequantur Iohan. 10, 4.

Sumus
Dei equi

1.
2.
3.

I I. Disposuit velut equum decoris sui] Trium monet potissimum hac similitudo: 1. Deum nos habere in magno precio, ut reges suos equos egregios. 2. ut illi per hos se solent ostentare, ita Deum multa ac magna per pios gerere, quibus suam potentiam declaret, 3. nostrum esse, ne quem alium ductorem vel sessorem, qui nos regat, admittamus, quàm solum Deum, & ne evadamus Diaboli mundiq; jumenta. Psal. 32, 9, de quorum fine Psal. 50, 13, 21. confer ea quae dicta sunt supr. c. 9, v. 9, L. C. undecimo.

Ex versu 14.]

Bella sunt
pena.

Ab ipso Angelus] Bella à Deo immittuntur propter peccata populi Lev. 26, 24, 25, Deut. 28, 25, 49, Iudic. 2, 14. & 3, 8, 1. Reg. 8, 33, Esa. 5, 25, Ier. 5, 15.

Ex versu 15.]

Laus vi-
ctoriae de-
betur Deo.

Fuerunt similes potentibus, quia Jehova cum ipsis] Deo soli debetur omnis laus victoriae Exod. 14, 4, 1. Chron. 17, 8. Psal. 3, 9, & 18, 48. & 108, 13, 14. Prov. 21, 31. Et si cui.

cui.